Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hoc modo quaedam scriptae referunt. Quod si stare
liquit testis iniquus testimonium ferens aduersu
hominem de impietate. Statuentur utrique homi
nes quibus est controuersia coram deum & coram sacer
dotes & coram iudices. Quicumq; illi fuerint in dieb;
illis. & discutient iudices diligenter. & examinabunt;
& ecce inuenient quia testis iniquus testatus e. inius
te & surrexit aduersum fratrem suum. & fecisti sicut
quemadmodum ipse cogitauit se facere fratri suo.
& auferetis malignum de medio uestrum ut ceteri au
dientes malum habeant. & non addicient ultra facere
secundum uerbum hoc malum inter uos; non parcet
oculus tuus super eum. animam pro anima. dentem
pro dente. manum pro manu. pedem pro pede;
Uidentur quidem ipsutroq. loco similia dici. non
tamen euidenter ostendit. ex quo potissimum loco
sermo qui in euangelio positus e uidetur ad sump
tus quem dixit. Quia audistis qd dictum est
oculo pro oculo dentem pro dente; Uerum tamen
nunc adeo prob quae in exodo scriptae sunt. ser
mone ostendus e. ubi duo uiri litigent & percutiunt
mulierem pregnantem. & tangunt ut exeat infans
exeat uel formetur iam uel nondum formatus; Pri
mo quidem uideamus de eo qui nondum formatus